

nem (14) et hoc factum fieri contradixerint, penam decem librarum pro quolibet merchatore incurrant (15). Qui quinque supradicti, uel maior pars eorum, habeant potestatem (16) nauigandi, armizandi, colandi (17), calandi (a), ponendi uelam, mu||tandi uelam, eligendi temonarios (18); A. 220 qui temonarii percipere debeant illud precium a marinariis (19) quod uidebitur istis quinque, et in omnibus aliis que pertinent ad regimen nauis (20) in nauigando. Saluis omnibus nostris capitulis que continentur in hoc statuto, et saluo eo quod capitaneo in suo regimine est concessum. Et si aliquis istorum quinque supradictorum in dicto officio esse recusauerit, libras centum nostro comuni (21) soluere teneatur; saluo si maiori parti merchatorum uideretur quod iustam occasionem haberet. (22) Si uero (23) patronus uel patroni taliter facere uel contradicere uel (24) contradicerent quod isti supradicti uel maior pars Q. 99. eorum complere non possent ut (25) eis melius uideretur quod datum est eis uel ma||iori parti eorum, penam tri- A. 220* gentarum librarum incurrat uel incurrant (26), nostro comuni soluendam. Et merchatores qui ad hec (27) contradicerent, penam decem librarum pro quolibet; et marinarii penam quadraginta soldorum pro quolibet incurrant (28). Quam penam nostri consules in Ueneciis, infra quindecim dies (29) postquam habuerint in noticia, *teneantur* (b) exi-

(14) ellectionem — (15) factum fuerint, et contradixerunt, p. l. X pro omni mercatore incurat — (16) ipsorum, p. h. — (17) collandi — (18) uellum ponendi, uellum mutandi et temonarios elligendi — (19) timonarij a marinarijs illud precium — (20) ad nauis regimentum pertinebunt — (21) esse recusabit, n. c. l. C. — (22) uidebitur q. i. habeant occaxionem — (23) uero *om.* — (24) u. c. u. *omesso.* — (25) n. p. c. sicut — (26) ipsorum, p. l. CCC incurant — (27) pagandam. Et mercatores qui ad hoc — (28) lib. X pro omni, et marinarij soldorum XL pro quolibet ipsorum penam incurant — (29) dies XV —

(a) Combattere, cacciare in fondo (un altro legno), abbassare (le vele ovvero lo schifo, mettere cioè quest'ultimo in mare) (A. S.).

(b) Aggiunto in margine.